

## Aligesimus primus

tione etiam cedere: Quem morem etiam nunc durare apud germanos scio.

Qui soli corona ea donati: cap. v.

**D**onatus est ea: L. Scimus Dentatus semel: cū ciuicas quattuordecim meruisset: depugnassetq; cxx. p̄cēliis semp uictor. Tanto rarius est seruatorem unum a seruatis donari: Quidā imperatores & sapius donati sunt: ueluti P. Decius Mus uidelicet Tribunus militū ab exercitu Altera ab iis qui in p̄sidio obsessi fuerant quanta esset eius honoris auctoritas cōfessus religioe si qdē donatus bouē albū Marti imolauit & centū fuluos: qui ei uirtutis causa dati fuerāt simul ab obsessis: Hic Decius postea consul & imperio & collega se pro uictoria deuouit. Data ē & a senatu populoq; romano: qua claritate nihil equidē in rebus humanis sublimius duco. Fabio illi qui rē omnē romanā restituit nō pugnando. Nec data cū magistrum equitum & exercitū eius seruasset. Tunc satius fuit nomine nouo coronari appellatum patrē ab iis quos seruauerat. Sed quo dictum est consensu honoratos est hannibale ex italia pulso. Quæ corona adhuc sola ipsius imperii manibus iposita est. Et quod peculiare ei est: sola a tota italia data.

Qui solus centurio coronatus: cap. vi.

**D**raeter hos contingit eius coronæ honos. M. Calphurnio Flāmæ Tribuno militū in sicilia. Centurioni uero uni ad hoc tempus Cn. petreio Atinati cimbrico bello. primū pilum is capessens sub Catulo exclusam ab hoc legionē suam hortatus tribuum suum dubitatem p̄ castra hostiū erumpere interfecit: legionēq; eduxit. inuenio apud auctores eundem præter. hūc honore astantibus Mario & Catulo cōsilijs p̄textatū immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit & Sylla dictator ab exercitu se quoq; donatū apud nolam legatum bello marsico. idq; etiā i uilla sua tusculana: quæ fuit postea Ciceronis pinxit. Quod si uerum est: hoc execrabiliore eum dixerim: quatinus doquidē eam capiti suo proscriptione detraxit ipse tanto paucioribus ciuū se uatis: q̄ postea occisis addat etiam nū huic gloriæ superbū cognomen scelicē. ipse tamen obsessus in toto orbe proscribitus. Hæc corona Sertorio etiā cessit: æmilianum quoq; Scipionem Varro auctor est donatum obsidionali in africa: Manlio consule cohortib⁹ seruatis totidēq; ad seruandas eas eductis: Quod & statuæ eius in foro suo Diuus augustus scripsit ipsum augustum cum Mar. Cicerone filio consulem idibus septembribus senatus obsidionali donauit. Adeo ciuica nō satis uidebatur. nec præterea quēquā hac inuenimus donatū. nullæ ergo herbæ fuere certe in hoc honore. sed quæcūq; fuerant in periculi se de quāuis ignobiles ignotæq; honore nobilem faciebāt. Quod latere apud nos minus quidē miror cernens negligi ea quoq; quæ ad ualitudinē conseruanda: cruciatuq; corporis propulsandos: & mortem arcendā pertinent. Sed quis non mores iure castiget. addidere uidendi præcia delicie luxusque: nunquā fuit cupido uitæ maior nec minor cura: aliorum hanc operam esse credimus: ac ne mandato quidē nostro alios id agere: medicisque prouisum esse. pro bonis ipsi fruimur uoluptatis. & quo nihil equidem probrosius duco. Viuimus aliena fiducia. Immo uero pleriq; ultro etiā in risu sumus ista commentantes atque friuoli operis arguimur. Magna quāquā immensū laboris solatia sperni cū res natura: quā certe non defuisse nobis nobis docebimus. & inuisis quoq; herbis inferuisse remedia quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proxie restāt ex iis quas priore libro notauimus: in quibus ipsius prouidentia naturæ satis admirari amplectique non est. Dederat & quas diximus molles: cibisque gratas. pinxerat & remedia floribus: uisuque ipso animos in uitauerat etiā diuis auxiliis permiscens. Inde excogitauit aliquas aspectu hispidas. tactu truces ut cantum non uocē ipsius fingentis illas rationēque reddendis exaudire uideamur: ne se depascat auida quadrupes. nec p̄caces manus rapiāt. nec neglectu uestigia obterant. ne insidens ales infringat. has muniēdo aculeis telisq; armādo remedijs ut tutā ac salua sint: Ita hoc quoq; quod in iis odim⁹ hominum causa excogitatum est.

Medicinæ ex reliquis ornamentis & erynge. cap. vii.

**T** clara in primis aculeatæ erynge est siue erigion contra serpentes & uenenata oīa nascēs aduersus ictus morsusq; radix eius bibi drachmæ p̄dere in uino. aut si plerūq; tales iniurias comitatur & febris ex aqua. Illiniē plagis peculiariter efficax cōtra chrisodos ac ranas oībus uero cōtra toxica & acōita efficaciorē heraclides medicus in iure anseris decoctā arbitratur apolodoros aduersus toxica cū rana decoquit. ceteri in aqua ipsa dura. fruticosa. spinosis folijs caule geniculato: cubitali & maiore aliquādo. alia albicās. alia nigra. radice odorata. Et satina quidē ē. sed & spōte nascitur in asperis & saxosis & in littoribus maris. durior: nigriorq; folio apii.

De herba quam centumcapita uocant. cap. viii.

**X** iis candidā nostri centumcapita uocant omnes eius dem effectus caule & radice in cibos græcorū receptis utroq; modo siue coquere libeat. siue cruda uesci. portentosum est quod de ea traditur. Radicē eius alterutrius sexus similitudinem referre rara inuētū. Et si uiris cō

Chrysopidas. Chrysa spidas. Chersaspidas. Chersydros chelidros